

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Sermo ex commentario beati Hieronimi presbiteri de eadem lectione

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

QUIE DOM DESCATRINIT

LESCIEU SEC MATH

Nillo tempore. Respondens ihc dixit.

Confiteor tibi pater. dne celi & terre.

ert. SERMO EXCMTARIO. BE.

HIER. PBRI DEEAD. LEC.

CONFESSIO

nonsemper poeniten

tiam sed & gratiarum

actionem significat. ut in psalmis

saepissime legimus. Audiant

qui saluatorem non natum. sed

creatum calumniantur. quod

patrem suum uocet. caeli autem

& terrae dnm. Si enim & ipse

creatura est. & creatura condi

torem suum. patrem appellare

potest. stultum fuit non & sui.

& caeli ac terrae dnm. uel patrem

similiter appellare. Quia abscon

disti haec a sapientibus & pruden

tibus & reuelasti ea paruulis.

Gratias agit & exultat in patre.

quod a apostolis aduentus sui ape

ruerit sacramenta. quae ignora

uerunt scribe & pharisei. qui sibi

sapientes uidentur & in conspectu

suo prudentes. iustificata sapientia

a filis suis. Ita pater. qm sic placi

tum fuit ante te. Blandientis af

fectu loquitur ad patrem. ut coep

tum in apostolos beneficium com

plectur. Oia mihi tradita sunt

a patre meo. Et tradentem ^{patrem.} & acci

pientem filium mystice intellege.

Alioquin si iuxta nrām fragilita

tem sentire uolumus. cum coepe

rit habere qui accipit. incipiet

non habere qui dederit. Tradi

ta autem sibi oia. non caelum

& terram. & elementa intelle

genda sunt. & cetera quae ip

se fecit & condidit. sed hi qui

per filium accessum habent

ad patrem. & ante rebelles.

dñm postea sentire coeperunt.

Et nemo nouit filium nisi pa

ter. neq. patrem quis nouit

nisi filius & cui uoluerit filius reue-
lare. Erubescat eunomius tantā
sibi noticiam patris & filii. quan-
tum alterutrum inter se habet
vindicatis. Quod si inde conten-
dit & suam consolatur insani-
am quia sequitur. & cui uolue-
rit filius reuelare. Aliud est natu-
re aequalitate nosse quod noue-
ris. Aliud reuelantis dignatione.
Uenite ad me omnes qui laboratis
& onerati estis. & ego reficiam
uos. Graua onera esse peccati.
& zacharias ppheta testatur.
Iniquitatem dicens sedere sup ta-
lentum plumbi. Et psalmista
complorat. iniquitates meae ag-
grauate sunt super me. Uel
certe eos qui iugo legis grauissi-
mo premebantur. ad euangelii
inuitat gratiam. Iugum enim
meum suaue est. & onus meum
leue est. Quomodo leuius lege
euangelium. Cum in lege homi-

cidium. in euangelio ira damnatur.
Quaratione euangelii gratia facilior.
cum lege adulterium. in euangelio
concupiscentia puniatur. In le-
ge multa precepta sunt. que aposto-
lus non posse compleri. plenissime
docet. In lege opera requiruntur.
quae qui fecerit uiuet in eis.
In euangelio uoluntas queritur. que
si etiam effectum non habuerit. ta-
men p̄m̄ium non amittit. Euan-
gelium ea precepit que possumus.
nescilicet concupiscamus. Hoc
in arbitrio n̄ro est. Lex uero cū
uoluntatem non puniat. punit
effectum. Ne adulterium faciam.
Finge in persecutione. aliquam
uirginem p̄stitutam. haec cepit
euangelium. quia uoluntate non
peccat. uirgo suscipitur.
In lege. quasi corrupta repudiatur.
**IN FESTIUITATE S̄C̄I
MICHAELIS ARCHAN-
GELI. Ad primā sedam n̄.**